

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Admodvm Reverendo, Et Religioso Viro, Dom. D. Theodoro Werneru  
Ilmstadiani monasterij superioris Pr[a]leposito, inferioris Visitatori, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**



AD MODVM  
REVERENDO, ET  
RELIGIOSO VIRO, DOM.  
D. THEODORO WERNERO  
Ilmstadiani monasterij supe-  
rioris Preposito, inferioris  
Visitatori,  
&c.

**V**I solis vi, admodum  
REVERENDE & re-  
ligiose DOMINE, sur-  
sum, è terra tolluntur  
vapores, iudem in eandem rursum ae-  
rio concreti frigore per pluias, gran-  
dines aut nubes relabuntur. Que ma-  
nu Domini è puluere nobis efficta ex-  
structa corpora, eadem putrilagino-  
la mortis abe in puluerem reuertun-

) ( 2 ) TAE

P R A E F A T I O .

I. tur omnia. Ad locum, inquit Eccl esia stes noster, vnde exeunt flu mina, reuertuntur, vt iterum fluant. & , ut e Vatibus cecinit qui dam, Cuncta suos ortus repe tunt. Merito igitur qui manuscri ptus Ilmstadio Moguntiam, abs Te ad me venit GODEFRIDVS Comes, idem nouo cum typis schema te, Moguntia Ilmstadium, ad Te a me nunc credit. Multa West phaliæ, multa W ederauiæ ve stræ ornamenta sunt: sed inter preci pua profectio numerandus heros hic: qui, annis ab hinc amplius 15XX. in regione ista utraque, admiranda erga D E V M religionis ac munifi centiæ; inter homines comitatis, pa tientiæ, constantiæ, demissionis non expressa tantum vestigia, sed & ma ximos;

P R A E F A T I O.

ximas, nobilissimasq; moles ac mo-  
numenta reliquit: Quorum enim i-  
psè conditor, fundator, ac parens, quæ  
& quanta Præmonstratensia mona-  
steria sunt, Cappébergense, Vor-  
larense, Ilmstadianumque ve-  
strum? Quid, quòd & propriam sté-  
matis clarissimi coniugem sacro ca-  
statis, religionisq; studio incendit?  
quòd fratre suum ab humilioris vi-  
ta in instituto alienum prius & abhor-  
rentem, ad illud verbo, exemploq; suo  
traduxit? quòd religiosis omnibus  
præclara pietatis, obedientiæ, huma-  
narumq; rerum despicientiæ documē-  
ta dederit? quòd Martiis, militiamq;  
professis & Centurionibus ac Tribu-  
nis illustrem, in quam intueātur bel-  
licæ moderationis ideam præforma-  
rit? Sed hæc, aliaq; id genus plura &

) ( 3 enu-

PRÆFATIO.

enucleatiora, ista hec eius monstra-  
bit historiola: & quidem, ut spero,  
non inutiliter. Longum, ait Seneca,  
iter est per præcepta, breue,  
reg. & efficax per exempla. Cum  
io L. lib. bene, ait S. Gregorius, proficere  
in sancta conuersatione vol-  
mus, necessarium nobis est, ut  
electorum plurimorum nobis  
exempla colligamus. Nam &  
apes componere mella neque-  
unt, si ea in floribus variis ne-  
quaquam legunt. Ne verò hinc  
isthuc incomitatus Comes tantus re-  
diret, ei honoris, maiorisq; fructus  
ergo, alium, qui, ut infrà dicetur com-  
modius; ad me missus aliunde pridem  
fuerat; adiunxi Comitem: heroem &  
ipsum sane magnum ac illustrem, se-  
culis quidem aliquot vetustiore, scri-  
ptorum-

PRÆFATIO.

ptorumq; plurium encomiis celebra-  
tiorem, pro sapientiam tamen, rerum abun-  
dantiam, saeculiq; contemptu, & fortu-  
narum in DEI cultum imperio ac  
sacratione persimilem. Accipies, ad-  
modum REVERENDE & religio-  
se DOMINE, candidato Tu o cum  
cætu toto Comites istos ambo seo, quo  
parest, candore, latitia, & honore: il-  
lum quidem ut reducem aut rediui-  
uum potius Patrem, hunc ut Patris  
amicū & synoditen: utrumq; ut ci-  
uem sanctorum, & domesticū  
DEI. Vidi cum ad vos, superioribus  
Canicularibus, diuertissim, Tu æ o-  
mnino vesti concolorum in Te ani-  
mum: id est, candidum, latum, reli-  
giosum. ideoque ut hospitalem hanc  
hospitibus tantis humanitatem de-  
feras, non obsecrabo: sed tantum, ut,

Eph

) ( 4      per

PRÆFATIO.

per Te, in omnium Fratrum, filiorumq[ue] Tuorum cellulas, in omnia, Premonstratensis præsertim ordinis, cœnobia, in omniarefectoria & mensas, crebra lectione, cogitatione, acimitatione introducantur. Moguntie ipso S. Crucis Inventionis, anno CIC. ID.C. V.

Admodum R<sup>dæ</sup>. ac religio-  
se Paternitatis Tu-  
amans & reuerens

Nicolaus Serarius.